

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

De lege agraria contra Rullum tr. pl. ad populum. Oratio XVII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Oratio

priuare possitis: vt nihil auro, & argento violari, nihil numero, & suffragiis declarari, nihil velata * manu perfringi posset, qd non vos oppressum, atq; ereptum teneretis: vt volitaretis in terea per gentis, p regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia: vt veniteris in castra Cn. Pompeii, atq; ipsa castra, si comodum vobis esset, venderetis: vt interea magistratus reliquos legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo petere possitis: vt nemo ad Populum Romanum vos adducere, nemo producere, non in Senatum cogere, non Consul coercere, non Tribunus Plebis retinere possit. Hec ego vos concupuisse pro vestra stultitia, atq; intemperantia non miror: sperasse me consule assequi posse, demiror. Nam cum omnium Consul gravis in Republica custodienda cura, ac diligentia debet esse, tum eorum maxime, qui non in cunabulis, sed in campo sunt Consules facti, nulli Populo Romano pro me maiores mei sponderunt: mihi creditum est: a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quoadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic si quod deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecetur. Quare modo vt vita suppetat, quam ego sum is qui ab istorum scelere, insidiisque defendere, polliceor hoc vobis Quiribus, bonae fidei Reipublicae, vigilantium hominum, non timido, diligenti commisit. Ego is Consul qui concione metuam: qui Tribunos Plebis perhorrescam: qui saepe & sine causa tumultuerim: qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si Tribunus Plebis duci iussisset: ego cum vestris armis armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horreo in hunc locum progredi posse, vobisque auctoribus improbitati hominis resistere, nec vereor ne Respublica tantis munita praesidiis abistis vinci aut opprimi possit. Si antea timuissem, tamen hac concione, hoc populo certe non vererer. Quis enim vnquam tanta secunda concione legem Agrariam suavit, quam ego dissuasi: si hoc dissuadere est, ac non disturbare, ac perterere. Ex quo intelligi Quiribus potest, nihil esse tam populare, quam id quod ego vobis in hunc annum Consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. quae nobis designatis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo, ac ratione prouisa sunt. non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueratis, verum etiam istos, quibus otiosi otium fecissemus, otiosissimos reddam. Etenim illis honores, potestates, diuitiae, ex tumultu, atque ex dissensionibus civium comparari solent. vos quoque gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis, & aequitate, magnos timores familiares in pace, omni ratione otium tenere debetis. Nam et si quis propter desidiam in otio viuunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem: sub ipso otio quo vos fortunam regitis, si hunc statum quem habetis esse non ignorauimus, an quisquam, sed vita partem otium tenueritis. Quod ego & concordia quam mihi constitui cum Collega inuitissimis iis hominibus quos vos in Consilio inimici esse & corporis & actibus prouidi omnibus prospexi sane reuocaui. idem Tribuno Plebis denunciaui quid turbulenti me Consule constaret. Summum & firmissimum est illud communibus fortunis praesidium Quirites, vt quales vos hodierna die maxima concione mihi pro salute vestra praebueritis, tales reliquis temporibus Populi Romani praebentis. pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuersos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM TR. PLAD POPVLVM. ORATIO. XVII.

Deferunt de me apud vos.



Vsura parua exigui temporis.

OMMODIVS Fecissent Tribuni Plebis Quirites, si quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent. nam & aequitatem vestrae disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius suae potestatis retinissent. Sed quoniam adhuc praesens certamen, contentioneque fugerunt, nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, & quo prouocati a me, venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Video quosdam Quirites strepitu significare nescio quid: & non eosdem vultus, quos proxima mea concione praebuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis peto. A vobis autem quos leuiter immutatos esse sentio, paruum exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo, vt ea si quae dixerim, vobis praebam, perpetuo retineatis. Sin aliter, hoc ipso in loco deposita, atque abiecta relinquitis. Copleti sunt animi auresque vestrae Quiribus, me gratificante Septem tyrannis, ceterisque Syllanarum assignationum possessoribus, Agrariae legi, & commodis vestris obistere. haec si qui crediderunt, illud prius crediderit necesse est: hac lege Agraria, quam promulgata sit, adimi Syllanos agros, vobisque diuidi: aut denique minui priuatoque possessiones, vt in

De leg. Agra. contra Rul. Fo. CXXIII.

ras vos deducamini. Si ostēdo, non modo non adimī cuiq̄ glebam de Syllanis agris, sed etiā genus id agrorū certo capite legis impudentissime confirmari, atq̄ sanciri: si doceo agris his qui a Sylla sunt dati, sic diligēter Rullum sua lege consulere, vt facile appareat eā legē, non a vestrorū cōmodorū patrono, sed a Valgii genero esse conscriptā: num qd est causē Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem vsus est, non solū meā, sed etiā vestrā diligētiā, prudentiāq̄ despexerit: Caput est legis. XL. de quo ego cōsulto Quir. neq̄ apud vos ante feci mentionē, ne aut refricare obductā iam Reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tēpore nouae dissensionis cōmouere. neq̄ vero nūc ideo disputabo, q̄ hūc statū Reip. non magno opere defendendū putem: praefertim qui otii, & concordiae patronū me in hūc annū Reip. confessus sim: sed vt doceā Rullum post hac in his saltem tacere rebus, in quibus de se & de suis actis taceri velit. Omnīū legū iniquissimā, dissimillimāq̄ legis esse arbitror eā quam L. Flaccus Interrex de Sylla tulit, vt omnia quaecūq̄ ille fecisset, essent rata. Nam cū ceteris in ciuitatibus Tyrannis institutis, leges omnes extinguantur, atq̄ tollantur: hic Reip. Tyrānū lege cōstituit. Est inuidiosa lex, sicut dixi. verūtamen habet excusationem. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Quid si est hac multo impudentior: Nā Valeria lege, Corneliaeque legibus eripitur, cū datur: coniūgitur impudens gratificatio cū acerba iniuria. sed tū inhihet illis legibus spem nonnullam cui ademptus est, aliquē scrupulum cui datus est. Rullī cautio est hac. QVAE POST C. MARIVM, CN. PAPYRIVM CONSVLES. q̄ procul a suspitione fugit, q̄ eos Consules, qui aduersarii Syllae maxime fuerūt, potissimū nominauit. Si enim Syllam Dictatorē nominasset, perspicuū fore, & inuidiosum arbitratus est. Sed quē veltrū tā tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules Syllā Dictatorē fuisse in mentem venire nō posset: Quid ergo ait Marianus Tribunus Pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit: QVAE POST MARIVM ET CARBONEM CONSS. agros, aedificia, lacus, stagna, loca, possessiones, celū, & mare p̄termisit, cetera cōplexus est. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. a quo Rulle: post Mariū & Carbonē Consl. quis assignauit: quis dedit: quis concessit, p̄ter Syllā: EA OMNIA EO IVRE SINT. quo iure: laesifaciat videlicet nescio qd. nimīū acer, nimīū vehemēs Tribunus Pl. Syllana rescindit. VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. etiā ne meliore, q̄ paterna, & auita: meliore. At hoc Valeria lex nō dicit: Corneliae leges nō sancit: Sylla ipse nō postulat. Si isti agri p̄tē aliquā iuris, aliquā similitudinē p̄prie possessionis, aliquā spem diuturnitatis attingūt, nemo est tā impudēs istorū, quin agi secū p̄clare arbitret. Tu vero Rulle quid q̄ris: qd̄ habet, vt habeat: q̄s vetat: vt priuatū: sed ita latū est, vt melior tui soceri fundus Irpinus sit, siue ager Irpinus (totū eū possidet) q̄ meus paternus auitusq̄ fundus Arpinas. id eū caues, optimo eū iure ea sunt profecto p̄dia, quae optima cōditione sunt. Libera meliore iure sunt, q̄ serua. Capite hoc, oīa q̄ seruiebāt, nō seruient. Soluta meliore in causa sunt, q̄ obligata. eodē capite obligata oīa, si modo Syllana sunt, liberātur. Immunia cōmodiore cōditione sunt, q̄ illa q̄ pensitant. Ego Tusculanis pro aqua Crebra vectigal pendā, quia a municipio fundū accepi: si a Sylla mihi datus esset, Rullī lege nō p̄derē. Video vos Quir. sicuti res ipsa cogat, cōmoueri, vel legis, vel orationis impudentia. Legis, quae ius melius Syllanis p̄diis cōstituat, q̄ paternis. Orationis, quae eiusmodi causa insimulare quēq̄ audeat, rationes Syllae nimīū vehemēter defendere. At si illa solum sanciret, quae a Sylla essent data, tacerē, modo ipse se Syllanum esse confiteretur. sed non modo illis cauet, verū etiam aliud quoddam genus donationis. inducit: & is qui a me Syllanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse nouas assignationes instituit, & repentinus Sylla nobis exoritur. Nam attendite quantas cōcessionēs agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. patior, audio. Quid deinde: POSSESSA. hoc Tribunus Pl. promulgate ausus est: vt qd̄ quisq̄ post Mariū & Carbonē Consl. possidet, id eo iure teneat, qd̄ optimo priuatum. etiam ne si vi eiecit: etiam ne si clam, si precario venit in possessionem: Ergo hac lege ius ciuile, causae possessionū, praetorū interdicta tollentur. non mediocres res, neq̄ paruū sub hoc verbo furtum Quirites latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiq̄ assignati, neq̄ venditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidentur. his cauet, hos defendit, hos priuatos facit: hos inquā agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus nō vobis assignare vult, sed eis cōdonare, q̄ possidet. Causam q̄ro, cur ea quae maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia, quaesiuēūt, venire patiamini: cū ea quae

Oratio

Criminor.

vestra sunt, condonari possessoribus eadē lege videatis! Iam totā legē intelligetis cū ad patrum dominatōnē scripta sit, tum ad Syllanę assignationis rationes esse accōmodatissimam, nam socer huius vir multū bonus est: neq; ego nūc de illius bonitate, sed de genere impudētię disputo. Ille enim qđ habet retinere vult, neq; se Syllanū esse dissimulat. Hic vt ipse habeat, qđ nō habet, quę dubia sunt, per vos sancire vult: & cū plus appetat q̄ ipse Sylla, qđ ego rebus resisto, Syllanas res defendere criminor. Habet agros nōnullos, inquit, socer meus defertos, atq; longinquos; vēdet eos mea lege quāti vult, habet incertos, ac nullo iure possessos, confirmabuntur optimo iure, habet publicos, reddā priuatos, deniq; eos fundos, quos in agro Cassinati optimos, fructuosissimos cōtinuauit, cū vsq; eo vicinos p̄scriberet, quoad oculos confirmando, ex multis p̄diis vnā eandē regionē, formāq; perfecit, quos nūc cū aliquo metu tenet, sine vlla cura p̄suidebit. Et quoniā qua de causa, & quorū causa ille hoc promulgauit, ostendī, doceat ipse, nū ego quē possessorē defendā, cū Agrarię legi resisto! Syluā Scantiam vendis. Resp. possidet, defendo. Campanū agrū diuidis: vos estis in possessione, nō cedo. Deinde Italia, Sicilia, ceterarūq; prouinciarū possessiones venalis, ac proscriptas hac lege video, vestra sunt p̄adia, vestrę possessiones, resistam, atq; repugnabo, neq; patiar a quoq; populū Romanū de suis possessionibus me consule dimoueri: p̄sertim cū vobis nihil q̄ratur, hoc enim vos in errore versari diutius non oportet. Nūquis vestrū ad vim, ad facinus, ad eadem accōmodatus est? Nemo. Atq; ei generi hominū, mihi credite, Campanus ager, & p̄clara illa Capua seruetur, exercitus contra vos, cōtra libertatē vestrā, contra Cn. Pompeiū constituit: cōtra hęc urbē Capua, contra vos manus hominū audacissimorū, cōtra Cn. Pompeiū decē duces comparantur. Veniant coram, & quoniā me in vestram concionem vobis flagitantibus conuocauerunt, differant.

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO, AD QVIRITES. ORATIO. XVIII.



ITSI QVIRITES Non est meę cōsuetudinis inītio dicēdi rationē reddere, qua de causa quęq; defendā, propterea q; cū oībus ciuibus in eorū periculis semp̄ satis iustā mihi causam necessitudinis esse duxi, tū in hac defensione capiris, fame, fortunarūq; omniū C. Rabirii proponenda ratio videt̄ esse officii mei: propterea q; quę iustissima mihi causa ad hūc defendendū esse visa est, eadē vobis ad absolvendū debet videri. Nā me cū amicitie vetustas, tū dignitas hoīs, tum ratio humanitatis, tū meę vite perpetua cōsuetudo, ad C. Rabiriū defendendū est adhortata, at vero vt id studiosissime facerē, salus Reip. cōsulare officii, Consulatus deniq; ipse mihi vna vobiscū cū

Culpa delicti.

Cōsulis boni officii.
Ciuis boni officium.

Inuocatio.

salute Reip. cōmēdatus, coegit. Nō em̄ C. Rabiriū culpa delicti, nō inuidia, viteq; turpitudine, nō deniq; veteres iuste, grauesq; inimicitie ciuiū in discrimē capitis vocauerūt, sed vt illud summū auxiliū maiestatis, atq; iperū, qđ nobis a maiorib; est traditū, de Rep. tollerēt: vt nihil posthac auctoritas Senatus, nihil cōsulare iperū, nihil cōsensio bonorū, cōtra pestē, ac p̄niciē ciuitatis valeret: idcirco in his reb; euertēdis vnus hoīs senectus, infirmitas, solitudoq; tēta ta est. Quāobrē si est boni cōsulis, cū cūcta auxiliā Reip. labefactari cōuelliq; videat, ferre opē patrię, succurrere saluti, fortunisq; cōmunibus, implorare ciuiū fidē, suā salutē posteriorē salute cōmuni ducere: est etiā bonorū & foriū ciuiū, quales vos oībus Reip. tēporib; extitistis, intercludere oīs seditionū vias, munire p̄sidia Reip. summū in cōsulibus iperū, summū in Senatu cōsiliū, putare: ea q; securus sit, laude potius, & honore, q̄ p̄cena, & supplicio dignū iudicari. Quāobrē labor in hoc defendēdo p̄cipue meus est, studiū vero cōseruandī hoīs cōmune mihi vobiscū esse debet. Sic em̄ existimare debetis Quirites: post hominū memoriā rē nullā maiorē, magis periculofam, magis ab oībus vobis p̄uidēdā, neq; a Trib. Pl. susceptā, neq; a cōsule defensam, neq; ad Populū Ro. esse delatā. Agitur em̄ nihil aliud in hac causa Quirites, q̄ vt nullū sit posthac in Rep. publicū cōsiliū, nulla bonorū consensio cōtra improborū furorē, & audaciā, nullū extremis Reip. tēporibus p̄fugiū, & p̄sidiū salutis Reipublicę. Quę cū ita sint, primū, qđ in tāta dimicatione capitis, fame, fortunarūq; oīm fieri necesse est, ab Ioue Optimo Maximo, ceterisq; diis deabusq; immortalibus, quorū opē, & auxiliū multo magis hac Reip. q̄ ratione hominū, & cōsilio gubernatur, pacē ac veniā p̄to: p̄corq; ab iis, vt hodiernū diem, &